Quelle: https://manuscripta.at/?ID=792
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



53

Spiritus dñi De sancto spiritu Offertorium
repleuit orbem terarum alleluia et hoc quod continet omnia
scientiam habet vocis alleluia alleluia alleluia ℣ Confirma hoc
deus quod operatus es in nobis a templo sancto tuo quod est in
ierusalem Gloria patri Oratio
Deus qui corda fidelium sancti spiritus illus
tratione docuisti da nobis in eodem
spiritu recta sapere et de eius consolatione gaudere.
In diebus Lectio actuum apostolorum Et cum esset
illis dum complerentur dies pentecostes erant
omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est
repente sonus de celo tanquam aduenientis spiritus
uehementis et replenit totam domum ubi erant
sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue
tanquam ignis. Sedituque super singulos eorum.
Et repleti sunt omnes spiritu sancto. Et coperunt
loqui uariis linguis prout spiritus sanctus dabat
eloqui illis. Erant autem in iherusalem habitantes
uiri religiosi ex omni natione que sub celo est.
Facta autem hac uoce conuenit multitudo et mente
confusa est quia audiebat unusquisque illos
lingua sua loquentes. Stupebant autem omnes
et mirabantur admirantes dicentes. Nonne omnes